

Latine prædicto: quia significat formam natam subiecti, & prædicari in propositione.

Terminus syncategorematicus. Terminus syncategorematicus est, qui significat aliqualiter: id est: non rem; sed modum rei: ut omnia signa, nempe omnis; nullus, &c. Omnis enim significat uniuersalitatem, quæ modus rei est: similiter aduerbia; coniunctiones; casus obliqui substantiorum; & alia id genus, quæ non possunt esse subiectum, & prædicatum in propositione, termini sunt syncategorematici, syncategorematicus namque idem est; ac comprædicatus: id est: cum alio prædicatur, seu subiectum faciens illum aliter significare.

Nota. Aduerte tamen: quod nomina adiectiva; pronomina; & participia, sunt aliquando categorematica: quando per se in propositione ponuntur: ut in istis: homo est doctus: ipse est homo. Vnde ly, solus, categorematice sumptus non potest dici de Deo: quia dicit Deum esse solum sine personis: bene tamen si syncategorematice sumatur: nempe solus Deus: id est: extra quem non est aliud Deus.

Terminus incomplexus. Item: Terminus categorematicus, alter est in complexus; alter complexus: in complexus est dictio simplex, cuius nulla pars significat; quatenus est pars talis dictio, ut dominus; homo; armiger, &c. Nam licet partes huius dictio, dominus, significet: non tamen ut illius partes sunt: sed illi unus conceptus, incomplexus, & simplex in mente correspondent.

Terminus complexus. Terminus complexus est compositus ex pluribus dictiis significatiis, congrue se habentibus, quæ eandem significationem retinent separata, ac coniuncta; ut homo albus: Petrus, & Paulus: Itaque, partes termini complexi debent uniri: vel in re: quia una scilicet conuenit alteri à parte rei: ut homo albus: vel quia aliqua copula non verbaliter valet: ut Petrus, & Paulus: nam homo est albus, ad secundam operationem pertinet: & iste terminus complexus est triplex: vox tantum: ut Marcus Tullius Cicero: gladius, & ens; re tantum: ut quando una vox pluribus significat ut nemo: id est: nullus homo: huiusmodi etiam sunt omnia & quiuoca, & analogare & voce simili ut homo iustus.

Nota tamen: quod termini complexi, & in complexi penes sua significata à parte rei attendi debent. Vnde si a. imponeretur ad significandum hominem ipsum; esset terminus complexus apud Logicum, cui duplex conceptus responderet; etiam si apud Grammaticum incomplexus esset.

Terminus concretus. Item: Terminus diuiditur in concretum, & abstractum: concretus est, qui significat formam dantem esse alteri: ut homo significat humanitatem existentem in supposito: album albedinem existentem sive subiecto: vnde significat per modum totius ex forma, quæ dat esse, & ex eo, cui datur esse: id est enim dicitur concretum, à concernendo: quia præter formam concernit aliud; & forma dicitur significatum formale; & illud, cui dat esse, dicitur materiale.

Concretus concernens suppositum. Rursus: terminus concretus subdividitur: aliud est concernens suppositum, seu singulare, ratione cuius per se stat: ut homo; aliud est con-

cernens subiectum, in quo non stat per se, sed inheret; aut se habet per modum illi inherenteris, & adiacenteris, ut album;

Terminus abstractus est, qui præcise significat formam, veluti à subiecto, cui dat esse, & partem atque adeo quasi per se stante, & per modum partis significat: quod intellige quantum ad modum significandi: licet enim forma illa sit realiter in supposito, seu subiecto: modus tamen significandi termini est quasi forma separata ab habente illam: ut albedo; humanitas, &c.

Rursus: Terminus abstractus, secundum Doctorum in 1. dist. 5. quæst. 1. est duplex: unus est abstractus ultimata abstractione: & est, qui significat formam ita abstractam, ut ea alia abstracta non possint: ut ab albedine albedinetas: ab hominibus humanitas: ab equo equitas, &c. Alter est, non ultimata abstractus, qui significat formam, à qua potest fieri alia abstractio: ut albedo significat formam abstractam à subiecto: non tamen ultimata: quia ab ea albedinetas, sive quidditas albedinis, abstracta potest.

Item: Terminus diuiditur in absolutum, & connotatum. Absolutus est, qui significat rem per modum per se stantis; & non alteri inherenteris: huiusmodi sunt omnes termini abstracti; & termini concreti, quorum formæ concernunt luponitum ratione cuius per se stare dicuntur ut albedo: homo: leo, &c.

Terminus connotatus est, qui significat rem per modum alteri inherenteris, cuius modi sunt concreta illa, quorum formæ concernunt subiectum, quibus inherent: aut concipiuntur; ac si illis inhereret: & hic rursus est duplex: intrinsecus, & extrinsecus: extrinsecus, qui & denominatius proprius dicitur, est, cuius significatum formale est accidentale subiecto: ut album; intrinsecus, qui & denominatius large appellatur, est, cuius significatum formale est esse subiecto: ut sensibile, rationale, &c. Nam licet rationalitas homini non inheret: significatur tamen per modum adiacenteris. Nec ex hoc velis: denominatiu esse terminos complexos: cum duo significare videantur: non enim & que primo illa significant: quod ad complexiorum rationem requiruntur, sed formam & que primo, & per se significat: subiectum autem solum connotant: de quo in ante prædicamentis.

Item: Terminus diuiditur in singularem, & communem: singularis est, qui significat rem individualiam, & pluribus incomunicabilem: ut Petrus; & omnia nomina propria: & est quadruplex: determinatus, qui rem singularem, & determinatam significat: ut Petrus. Demonstratus: & est terminus communis affectus signi rem singularem demonstrans: ut hic homo. Ex hypothesi, seu suppositione: & est terminus communis, qui ex aliquibus circumstantiis adiunctis supponit pro aliquo singulari: ut Maria filius: id est; Christus Dominus. Alius denique est terminus singularis vagus, qui significat rem singularem indeterminate, & vague, id est, vel hanc, vel illam; ut quidam homo significat unum hominem: non tamen Petrum determinate: ex his autem quatuor solum determinatus, & demonstratus dicuntur pro-

Concretus concernens subiectum.

Terminus abstractus.

Abstractus ultimata abstractio.

Abstractus non ultimata abstractio.

Terminus abshtatus.

Terminus connotatus.

Nota.

Terminus singularis.

Terminus quadruplex.

prie

Terminus communis.

Terminus abstractus.

Terminus vniuersitatis.

Terminus aquiuocus.

Equiuocus a casu.

Equiuocus a consilio.

Terminus supratranscendens.

Terminus transcendens.

Terminus limitatus.

Terminus collectivus.

Terminus dinisius.

Terminus terminus.

Terminus prima intentionis.

Terminus secunda intentionis.

Terminus intentionis.

Terminus intentionis.

Terminus intentionis.

prie singulares: aliij vero duo sunt improprie tales.

Terminus communis est, qui significat naturam communem multis diguisse: ut homo significat naturam humanam, quæ diuisus Petro, & Iohanni communicabilis est. Dux notanter, diuisus, propter istos terminos, Deus, & essentia divina, qui, licet significant naturam pluribus suppositis communicabilem non tamen diuisus: sed vna numero est in illis; & ideo sunt termini singulares, ut docet Doctor in primo dist. 4. quæst. 1. Sol autem, & Luna sunt termini communes: quia ex sua impositione, & ex natura sua, non repugnat: ut pluribus diuisus communicentur.

Item: Terminus communis, alter est vniuersitatis, & alter & quiuocus: vniuersus est, qui significat multa: ut in vna ratione communi conueniunt: ut homo significat omnes homines; ut in natura humana conuenient.

Terminus & quiuocus est, qui plura: ut plura sunt: diuersa ratione significat: hoc est: est vna vox habens plura significata: ut canis, qui significat pisces marinus; sydus caeleste, & canem terrestrem. Et iste terminus & quiuocus est duplex: alter a casu, & alter à consilio, & quiuocus à causa qui propriæ & quiuocus dicitur, est, qui diuersa ratione, & sine habituione vnius ad aliud, plura significat: ut canis, vel gallus, qui significat hominem, & aiem.

& quiuocus à consilio est, qui plura diuersa ratione significat; habita tamen ratione similitudinis, attributionis, seu proportionis: ut homo, respectu hominis vivi, & pidi: Nero, respectu hominis crudelis, & ipsius Neronis: risus, respectu gaudi hominum, & virois: pratorum seu florium: & talis terminus & quiuocus à consilio dicitur: analogus: de quibus in anteprædicamentis.

Item: Terminus communis adhuc est triplex: limitatus, transcendentis, & supra transcendentis: supra transcendentis est, qui significat rationem communem omnibus entibus: non solum veris, & realibus: sed etiam possibilibus, & imaginariis: ut imaginabile, intelligibile, &c.

Terminus transcendens est, qui significat rationem ilimitatam, & omni enti existenti convenientem: & sunt sex in hac dictione, & ceteri contenti: videlicet, res, ens, verum, bonum, aliquid, vnum.

Terminus limitatus est, qui significat rationem communem, limitatam tamen: & hic quintupliciter communiter a-signatur: nempe genus, species, differentia, proprium, & accidentis: de quibus in predicationibus.

Item: Terminus alias est collectivus; alijs diuisus: collectivus est, qui in numero singulari plura significat: quatenus in uno colliguntur; licet de singulis non prædicetur: ut ciuitas, populus, quamvis multis placet terminum collectivum tantum collectionem plurium significare.

Terminus dinisius est, qui in numero singulari plura significat, & de singulis illorum dicitur: ut homo significat plures homines; & de quolibet ictus sumpto prædicatur: ut Petrus est homo: Paulus est homo.

Item: Terminus diuiditur in terminum prima intentionis, & secunda intentionis. Terminus

nus prima intentionis est, qui veras, & reales intentionis.

Terminus secunda intentionis, est, qui significat secundam intentionem, quæ non est nisi respectus rationis per actum comparativum intellectus causatus: ut genus, species: & omnes termini Logicales, & Grammaticales.

Item: terminus alijs est tritius; alijs infinitus: infinitus est, qui significat certam, & nominatam naturam; sive per sonam: ut homo, & Petrus. Vel aliter: est quilibet terminus non affectus negatione.

Terminus infinitus est, qui nihil determinatum significat: componiturque ex termino finito, & negatione adverbiali: ut non homo, non Petrus.

Vnde sciendum: quod negatio sumitur dupliciter: neganter, & infinitante: tunc sumitur neganter: quando negatio non solum afficit non: sed etiam in copulan transire: sicque propositione reddit negativa: nam negatio est malignitas nature, quæ quidquid possit se intenit destruit; & eius oppositum reddit. Tunc vero sumitur infinitante: quando tantum negat nomen, cui coniungitur: & non transit ad negandam copulam: & sic propositione manet affirmativa: verbi gratia, in hac propositione: non homo currit: si ly, non sumatur neganter: negatiuam reddit propositionem: ut sit sententia: illud, quod non est homo, non currit: si vero sumatur infinitante: hunc reddit sensum: id quod non est homo, currit.

Ex quo colligitur: terminum infinitum duplex habere significatum: vnum formale; & hoc est determinatum: ut in exemplo, posito, negatio hominis alterum materiae: & hoc est incertus, & indeterminatus; scilicet omne illud, quod infinitus: ut non homo: pro materiali significat omnem id: quod non est homo: sine illud non verum ens: sine factum. Vnde de chimera dicitur: quod est non homo: & id dicit Philosophus in perihemias: quod terminus infinitus dicitur, tam de eo, quod est, quam de eo, quod non est.

CAPUT V.

Determinis ad inicium comparatis.

HACTenus egimus de terminis secundum se, & abolutè: nunc in isto capitulo nobis est agendum de illis, secundum quod vnum alteri comparatur. Termini igitur inter se comparati, alijs sunt pertinentes: alijs impertinentes: pertinentes sunt, quæ inter se aliquem ordinem habent, & connexionem alterius, ut ex unius cognitione ad cognitionem alterius devenire possimus: ut homo & animal.

Termini impertinentes sunt, quorum vnum non dicit in cognitionem alterius; nec aliquem inter se ordinem habent: ut homo, & equus: sapientis, & claudis.

Rursus: pertinentes, alijs sunt pertinentes sequentia, inter quos est ordo, consequentia: hoc est, quorum vnum infert alterum: ut homo, & animal: sequela. homo & resibile: & isti adhuc sunt indupliciter distincti: alijs sunt conuentibiles: id est, qui conuentibiles se infest: ut homo, & rationalis; valens enim homo: ergo rationalis; rationalis, & ego homo.

Termini in pertinentes.

A 4 mo.

Liber primus,

mo. Alij sunt non conuentibiles: quia licet unus inferat alium; non tamen, è contra: vt homo, & animal valeat enim homo: ergo animal: non tamè vice versa animal: ergo homo.

Pertinen-
tes repug-
nentia.

Alij sunt pertinentes repugnantia: id est, qui adiungit pugnat: & istorum alijs sunt oppositi: alijs non oppositi, sive disparati: non oppositi sunt, qui significant res diuersas, seu incompositibiles: licet inter se, non opponatur: tales sunt species sub eodem genere differentes: vt homo, & leo. Oppositi, alijs opponuntur contrarie, qui mutuo se expellunt: vt album, & nigrum. Alij contra dictriae, quo unius dicit alterius negationem: vt homo, & non homo: Alij priuatiue, quorum unus dicit alterius priuationem: vt videns, & cœsus: alijs relatiue, qui mutuan relationem dicunt: vt pater, & filius; & hæc de terminis dicta sufficiant.

C A P V T . VI.

De nomine, & verbo.

Quamvis Aristoteles de nomine, & verbo, in prima perihermenias pertrahet, tanquam de partibus propositionis: nos, quia ad primam operationem intellectus pertinet; de illis in hoc libro; & consequenter in hoc capite post terminorum tractationem agimus. Nomen igitur secundum Philosophum, ut supra c. 2. est vox significativa, secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars per se significat, finita, & recta, quam definitionem, vt explicetur, est prius adiungendum quod nomen sumitur dupliciter: uno modo pro per se significato, & secunde intentionaliter: & sic est una secunda intentio attributa voci, scriptura, & conceptui. Secundo modo sumitur pro denominatio, & prime intentionaliter: pro nomine vocali, scripto, & mentali, quibus secunda intentio, quæ nomen dicitur, applicatur. Vnde in praesenti diffinatur nomen primo modo, cuius definitione sic intelligenda venit.

Nomen quid sit.

Nota.

Nomen est vox: id est, est una secunda intentio applicabilis voci: vt vox est quid comune ad vocem ote prolatam, scriptam, & mentalem: sicut cap. 2. diximus de prima termini diffinitione: & perte nomen per vocem significatiuum diffinatur: quia omne nomen est terminus significatiuum: unde vox ponitur loco generis: & est predicatio fundamentalis. Dicitur significatiua ad placitum: quia, vt diximus: nomen est terminus significatiuum ad placitum: id est, ex institutione non unius hominis priuati; sed alicuius totius communitatis, vel hominis habentis auctoritatem pro tota communitate: & per hoc à ratione nominis excluduntur voces non significatiue, quæ, licet termini sint, non tamen nominis: quamvis enim valeat: est nomen: ergo terminus, non tamen è contra. Dicitur sine tempore, ad excludendum verbum, quod cum tempore significat, vt statim dicemus. Dicitur, cuius nulla pars per se significat: propter terminum complexum, qui non est nomen propriæ; non enim terminus incomplexus debet esse. Dicitur, finitad excludendum nominis infinita: vt non homo non lapis: quæ non sunt utilia ad syllogismos.

Dicitur tandem; rebus ad differentiam casu obliquorum, qui non nominis; sed casus nominis dicuntur. Vnde nomen debet esse te minus categoriacus.

Vnde ex dictis, iuxta Aristotelis mentem, hec nominis diffinitione deduci potest: nomen est terminus categoriacus, in complexus, sine tempore significans, finitus, & rectus in qua diffinitione, ly, terminus, est genus immediatum nominis: reliqua particula loco differentia, modo explicato ponuntur.

Verbum similiter dupliciter sumi potest: pri me, & secunde intentionaliter: primo modo est copula verbalis ore prolatæ, sive mentalis, vel scripta: secundo modo est una secunda intentio attributa tribus predictis, quæ verbum in concreto appellatur; & sic ab Aristotele diffinatur: verbum est vox finita, & recta, significans temporis, ad placitum, cuius nulla pars est per se significativa; & est eorum, quæ de altero predicatur, hoti. Vox ponitur loco genesis, modo in diffinitione non nisi nō nisi exposito. Dicitur, finita: ad excludendum verba infinita: vt non currit: quia verbum, vt verbum, non potest infinita: cum sit prius in significatore: Dicitur, recta: ad excludendum sive suis verbis: nam solum indicatiuum praesens temporis est verbum. Dicitur, cuius partes, &c. qui a verbum debet esse vox incompleta. Dicitur, si significans cum tempore: ad excludenda nomina, & participia.

Vnde notandum: maximum esse distinctionem inter significare tempus; connotare tempus: & co-significare tempus, sive significare cum tempore. Significare tempus est ex prima institutione, ne nos in cognitionem temporis ducere: vt annus, mensis, dies, &c. Connotare vero tempus est significare primo, & principaliter item aliquam; & secundario tempus: quia scilicet talis res in tempore sive fieri consuecit in tempore prædictum significat sibi; & connotare meridiem, in quo fieri solet. Significare autem cum tempore est primo, & prius: aliter significare aliquam actionem, per modum in actionis, cui ab intrinseco competit per aliquam differentiationem temporis determinatam mensurari: vt curro, significat cursum factum in tempore praesenti. Dixi autem: differentiationem temporis determinatam: nam aliud est significare cum tempore determinato, & aliud cum tempore indeterminato: prius est significare sub aliquâ temporis differentia: praesens, nesci, præteriti, aut futuri: & hoc est proprium verbi. Secundum est significare indifferenter, non determinando aliquam predictum differentiarum: & cunuenienti participio: ve amatis; possumus enim dicere: sum amatis: fui amans: & ero amans.

Si dicamus propositionibus necessariis, quæ semperne veritatis appellantur, verbum absolute determinato: nam in ista; homo est animal: ly, est, non unius extrema tantum pro tempore praesentis: cum pro omni tempore sit vere dicere: homo est animal: ergo significare cum tempore determinato non est esse.

Respondeo, quod significare cum tempore determinato stat dupliciter: vel cum tempore determinato phisico, reali; & in actu exercito: vel cum tempore quid-

Alia nomi
nis diffini-
tio.

Verbum
qui sit.

Suppositio
quid sit.

Verbum ib-
solvi à te-
pore

cum Dialecticæ.

pore determinato Logico, intentionali, in esse cognito, & in actu signato: primo modo est, verbum unire extrema, & significare illa existere pro aliqua differentia temporis determinata: & ut sic significare cum tempore determinato non est de essentia verbi: sed modo est unum extrema secunda esse intentionale pro aliqua differentia temporis determinata in esse cognito: & sic significare cum tempore est de essentia verbi. Vnde quando dicitur, verbum absolute à tempore, intelligitur de significare cum tempore, primo modo: non vero secundo.

Tadem: dicitur verbum esse nota unionis predicationis cum subiecto: nam formale in verbo est esse copulam, & unionem inter predicatum, & subiectum: vt cap. 2. dictum manet.

Vnde iuxta predicta, sic brevius: & forte melius: verbum significari valeret: verbum est copula in complexa, cum tempore significans, finita, & recta.

C A P V T . VII.

De Suppositione, alienatione, & remotione.

Expeditis iam, quæ ad essentiam terminorum spectant: superest; vt illorum proprietates expendamus: quarum prima est suppositionis, quæ sic in communis, iuxta Doct. in 1. dist. 2. lit. F. diffiniri potest: suppositionis est acceptio termini in propositione pro se, vel pro aliquo in ordine ad aliud, quod de ipso dicatur, secundum exigentiam copulae. Acceptio ponitur loco generis: nam, cu secundum Aristotelis in 1. Elenchorum cap. 1. res ad scholas adducere non possumus; necesse est uti nominibus pro rebus: ideo inter terminum acceptum, & rem pro qua accipitur, resultat quedam relatio rationis, quæ dicitur acceptio; & est gen' in hac diffinitione: quia et videtur: vox ipsa etiam proprietatis terminorum concuerit.

Additur in propositione: nō terminus, licet extra propositionem significet: non tamen supponit: quia suppositionis est invenia ad inquirendam veritatem, vel falsitatem propositionum: que inquisitio non nisi in propositione, fieri potest.

Tandem, additur: in ordine ad aliud, &c. quia terminum supponit, cognoscitur per ordinem ad predictum: iuxta illa regulam Boetij 1. de Trinitate. Talia sunt subiecta: qualia permittuntur predicta: & ratio est: quia terminum acceptum in propositione pro re: vt de illa: negemus, vel affirmemus aliquid, mediante copula: & ideo implicat terminum acceptum in propositione pro eo, quod improprie, metaphorice, & per translationem significat: vt leo in hac propositione: vicit leo de tribu Iudæ: in qua supponit pro Christo Domino: & talis suppositionis sex habet species, quæ apud Veracrum cap. 10. Videri possunt.

Suppositionis formalis est acceptio termini in propositione pro eo, quod proprie significat: & est duplex: propria, & impropria: suppositionis formalis impropria est acceptio termini in propositione pro eo, quod improprie, metaphorice, & per translationem significat: vt leo in hac propositione: vicit leo de tribu Iudæ: in qua supponit pro Christo Domino: & talis suppositionis sex habet species, quæ apud Veracrum cap. 10. Videri possunt.

Suppositionis formalis propria est acceptio termini in propositione pro eo, quod proprie significat: & est duplex: alia communis, alia singularis: seu discreta. Communis est acceptio termini generalis in propositione pro re, quæ à se significat: & pro qua ponitur in ordine ad predictum, ipsum in suo esse communis constitutus: vt homo, in hac propositione: homo est animal.

Suppositionis singularis, sive discreta, est acceptio termini singularis, seu aliquis termini communis signo demonstratio affecti, in ordine ad

Alienatio, quæ suppositionis est quædam obliquitas, & distortio, est acceptio termini in propositione, pro significato, quod minus principaliter significat, & pro quo recipitur ratione predicationis: adiuncti: vt patet in his: homo est piatus: canis accipiuntur marinores: ubi ly, homo, & ly, canis accipiuntur pro suis significatis minus principalibus, ratione predicatorum eos à propriis, & principalibus significatis, alienantibus, & extrahentibus si talia predicata sibi non apponentur: starent; homo pro homine viuo, & canis pro cane viuo.

Modus arguendi ex alienatione talis est: termino alienato ad non alienatum non valet: consequitur enim sequitur: est homo piatus: ergo est homo: quia arguitur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

Remotio est acceptio termini in propositione: quando propter repugnantiam in adiecto ex supponente fit non supponens: vt in ista: homo est irrationalis: ly homo propter ly, irrationalis, removetur à rationali, quod vere significat, & pro quo supponere deberet.

C A P V T . VIII.

De divisionibus suppositionis.

Multiplex est suppositionis divisionis. Prima est in suppositionem materialis, & formalem: nam sicut terminus, sui prima divisione, dividitur in materialis, & formalem: sic de suppositione est assuerandum. Suppositionis materialis est acceptio termini in propositione pro se: & est duplex: una intrinseca, alia extrinseca: intrinseca est acceptio termini pro se ipso in ordine ad predictum, quod sibi ab intrinseco conuenit: vt in hac: homo est vox; vel sonus: ly, homo materialiter in trinsece supponit; & accipitur in ordine ad vocem: quia vox est de intrinseco illius ratione; vt pro se ipso supponat.

Suppositionis materialis extrinseca est acceptio termini pro se ipso in ordine ad predictum, quod sibi ab extrinseco conuenit: vt homo est nomen: homo est terminus: quia tamen nomen, quæ terminus sunt predicta extrinseca homini: quatenus ex vox.

Suppositionis formalis est acceptio termini pro re, quæ à se ipso significat: & est duplex: propria, & impropria: suppositionis formalis impropria est acceptio termini in propositione pro eo, quod improprie, metaphorice, & per translationem significat: vt leo in hac propositione: vicit leo de tribu Iudæ: in qua supponit pro Christo Domino: & talis suppositionis sex habet species, quæ apud Veracrum cap. 10. Videri possunt.

Suppositionis formalis propria est acceptio termini in propositione pro eo, quod proprie significat: & est duplex: alia communis, alia singularis: seu discreta. Communis est acceptio termini generalis in propositione pro re, quæ à se significat: & pro qua ponitur in ordine ad predictum, ipsum in suo esse communis constitutus: vt homo, in hac propositione: homo est animal.

Suppositionis singularis, sive discreta, est acceptio termini singularis, seu aliquis termini communis signo demonstratio affecti, in ordine ad

Alienatio

Alienatio

Modus ar-
guendi ex
alienatio-

ne.

Remotio.

Supposi-
tio
materialis.

Supposi-
tio
materialis.

Supposi-
tio
materialis.

duplex.

Supposi-
tio
formalis.

Supposi-
tio
formalis.

Supposi-
tio
formalis.

improperia.

Supposi-
tio
formalis.

propria.

Supposi-
tio
formalis.

communi-
nis.

Supposi-
tio
formalis.

propria.

Supposi-
tio
formalis.

communi-
nis.

Supposi-
tio
singularis.

ne ad